



36d

E libris
gymnasio Mauritano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

PHOENIX
EX GLORIOSO
S. BONIFACII

GERMANIÆ APOSTOLI SEPULCHRO REDIVIVUS.

SIVE
APPLAUSUS VOTIVUS,
QUANDO

A
SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO
BENEDICTO XIV.

REVERENDISSIMUS ET CELSISSIMUS
PRINCEPS AC DOMINUS,

D. AMANDUS,

PRINCIPALIS ET IMMEDIATÆ ECCLESIÆ FULDENSIS
ABBAS,

S. R. I. PRINCEPS, DIVÆ AUGUSTÆ ARCHI-CANCELLARIUS,
PER GERMANIAM ET GALLIAM PRIMAS &c. &c.

PER
REVERENDISSIMUM ET ILLUSTRISSIMUM
DOMINUM,

D. DANIELEM JOANN.
ANTONIUM,

EX ILLUSTRISS. FAMILIA

DE GEBSATTEL,
EPISCOPUM SIGENSEM,

REVERENDISSIMI ET CELSISSIMI PRINCIPIS ET EPISCOPI WIRCEBURGENSIS SUF-
FRAGANEUM IN PONTIFICALIBUS, U. J. D. ECCLESIÆ EQUESTRIS AD S. BUR-
CHARDUM HERBIPOLI CANONICUM CAPITULAREM &c.

IN ECCLESIA PRINCIPALI ET IMMEDIATA FULDENSI

EPISCOPUS

RITU SOLENNI RENUNTIABATUR,

à CONVENTU ERFURTENSI P. P. AUGUSTINIANORUM
IN ÆTERNÆ GRATITUDINIS ET DEVOTIONIS MNEMOSYNON OBLATUS

ANNO M DCC LIII.

ERFORDIÆ, Litteris RITSCHELIANIS

PHOENIX

S. BONIFACII

GERMANI APOSTOLI SERRICERO REDIVIVUS

APPAUSUS VOIVIVUS

BENEDICTO XIV.

REVERENDISSIMUS ET CELESTISSIMUS

PRINCIPIS AC DOMINI

D. AMANDUS

ABBAS

D. DANIELEM JOHANN

ANTONIUM

DE GEBSATTEL

EPISCOPUM SIEGENSEM

EPISCOPUS

CONVENTUS RECTORUM ET AUGUSTINIANORUM

REVERENDISSIME AC CELSISSIME EPISCOPE,
S. R. I. PRINCEPS,
DOMINE, DOMINE CLEMENTISSIME!



erana ex Fremo Augustinianus advolus
Vates ad Majestuosum Gloriæ Tuæ (qua-
lem eum nondum FULDA vidit, nec ante si-
mitem congaudens vicinia fuit admirata,
nec usque hodie in Germano BENEDICTINO
orbe Allemannia parem suspicit) in EPISCO-
PALI sublimatum fastigio Thronum cum exilibus hisce pa-
ginis, partim festivo BUCHONIÆ complaudentis pellectus
jubilo, partim debitis & iis prope innumeris gratitudinis sti-
mulatus argumentis, & deliciis novæ Solennitatis circum-
fluus sese devolvit. In iis PHOENICEM ex *glorioso* Divi BONIFACII
Magni Germaniæ Apostoli resurgentem sepulchro flam-
mei virtutum delineant penicilli. Te REVERENDISSIME & CEL-
SISSIME PRINCEPS! Te hodie FULDENSIS ECCLESIAE exaltatum ad-
umbrant EPISCOPUM. Adumbrant, ajo, quia in luminoso
astrorum oceano intincta deberet fulgere penna, quæ
ICONEM TUAM mundo effigiare attentaret. Adumbrant er-
go, sed an BONIFACIUM an AMANDUM planè dubito, si in effi-
gie una dicerem expressum eundem, rem acu tetigero.
Quod BONIFACIUS *fecit*, AMANDUS *perfecit*, & è converfo. In
quo BONIFACIUS desuit, AMANDUS reincipit. An anygmata
fingit

fingit calamus? absit. Fuldensem Principalem Ecclesiam
BENEDICTINAM BONIFACIUS erexit, eandem BENEDICTINAM AMAN-
DUS in EPISCOPALEM Sedem ædificavit. BONIFACIUS PRIMUS Fulden-
sis Coenobii ABBAS, Episcopus obiit, nunc AMANDUS PRIMUS
Fuldenfis Ecclesiæ Episcopus revivit, ex *tumulo* quippe Di-
vi Bonifacii redivivus Phoenix. Quòd etenim usque huc
BENEDICTINA tot inter furibundas tempestatum injurias & in-
stabiles temporum vicissitudines FULDA floruerit, & floridior
indies creverit, imò, quod ad EPISCOPALIS SEDIS nunc elevata
sit dignitatem, cui potiori adscribam jure, ac Divi BONIFACII
Fundatoris ibidem quiescentibus Cineribus, & gloriosis
suis apud DEUM & ECCLESIAM meritis? ex quibus velut aro-
matico accenso nidulo Phoenix surrexisti AMANDE, & Tua,
quod reticere palpum esset, eximia in Romanam utramque
Sedem Monarchicam sapientiæ & virtutis merita BENEDI-
CTUM gloriosissimè Regnantem Summum Pontificem, il-
lum Christiani orbis SOLEM, commovère, ut Benignitatis
suæ illuc potestativos converteret radios, & Te Episco-
pum sublimaret. Hi quippe sunt effectus, cum SOL ARIETIS
ingreditur Domum. Hæc sunt, quas pagina tenuis grandia
& gravia gratitudinis & applausus portat monumenta. Hæc
sunt lætitiæ & votorum argumenta, Illa una cum Conven-
tu nostro TUO Clementissimo, ut hæctenus solitus fueras, in-
tueri oculo, ac sub potenti PRINCIPALI fovere Patrocinio non
dedignare. Sat satis Hæc Clementia, ut pro æterna & glo-
riæ & prosperitatis affluentia ad Deum existant Oratores

REVERENDISSIMÆ CELSITUDINIS TUÆ

humillimi & devotissimi

PRIOR & CONVENTUS ERFURTENSIS AD S. WIGBERTUM
P. P. AUGUSTINIANORUM.



VATES AUGUSTINIANUS, variis agitatus Devotionis, & Gratitudeinis stimulis,
Gloriosum Divi BONIFACII, Germaniæ Apostoli sepulchrum in-
visere contendit.



Continuabat hyems niveis albescere floccis,
Pelle sub albenti sterilis torpescere tellus,
Et Nemus arboreum cavois horrere capillis,
Et flumen getido tacitum languere sub antro:
Ad Geram Aurelia quando sidebat Eremiti

Incola, & in Viduâ meditans celestia cellâ,
Nescio, qui stimuli ferventia pectora cogant?
Infit: Nunc surgam, pede lento templa revifam,
Exuvia sacrae quæis annos mille quiescunt,
Quas pictatis amor, quas & reverentia Patris
Votivo coluisse jubent in pectore Nati.
Ibo: Sacram Sancti Patris Veneratier Urnam,
Quæ mage splendescit, quàm tot miracula Memphis.
Quæ Regum cineres circumdant arce superbâ.
Ex his exuviis Germano prodiit orbi
Salvificum fidei supero de lumine lumen.
Confregit quondam populi simulacrâ ferocis,
Atque Deo vero festiva altaria fecit
Surgere de Fanis, quæ forti diruta dextrâ
Aequavit WINFRIDUS humo, pellendo tenebras
Sub quibus idolis gens barbara thura cremabat.

B

An-

Angelus huc venit miseranti Numine motus,
 Anglia quem genuit (a) Divum didissima mater.
 Frisia prima fuit Sacro sudore rigata, (b)
 Ultima quæque suo maduit resperfa cruore.
 Hos igitur populos Sathanæ sub jure gementes
 In libertatem fidei sub lege sua- vi
 Restituit Christo; Post Hassis atque Thuringis
 Attulit æternum salvantis dogmata legis.
 Gentes quæ cæco veneratæ poplite Numen,
 Quod fecere manus ex sicco stipite Trunci.
 Horrebant terræ dumetis atque vepretis;
 Non minus hirsuto gens tabuit aspera cultu,
 Usque BONI - FACIUS juga montum Saxea scandens
 Justitiæ solem tenebrosus fecit oriri.
 Infamem Stuffum de monte relegat in orcum, (c)
 Et super ædificat fidei memoranda Trophæa.
 Glandiferam Quercum, Stygiæ penetralia ditis,
 Ex quibus effudit fallax oracula Dæmon,
 In quatuor partes lunato poplite rupit.
 Sic & ubique pari devincens tartara clade
 Erexit CHRISTI per tot miracula regnum;
 Et turpes hædos mites complexus in agnos
 Hassios Thuringos CHRISTI unum fecit Ovile.
 Pagus inops fuerat (d) nunc Urbs ERFORDIA dicta
 Hic optata Sacræ fidei fundamenta jecit,
 Et prior effrænem cicuravit lumine gentem,
 Quæ nunc illustrem, celebremque excrevit in urbem.
 His tandem ex terris WINERIDUS fluminis instar
 In latè patulas vicinas proruit oras,
 Prostermit Lahram, Bilem cum Numine Retto,
 Atque Sacris terras sylvestres irrigat undis.
 Hinc Romam properat rationem ritè daturus,
 Quam pede felici germanas triverit oras.

GRE-

- (a) S. BONIFACIUS vocatè dictus Winfridus natus in Anglia ex Regio sanguine. *Graevius T. III. Cologu. 1.*
- (b) S. Benedictinam Præfessus Regularum ex Anglia in Frisiam navigavit anno Domini DCCXVI. *ibid.*
- (c) Simio erat Idolum in monte Eichsfeldiaco adjutorii dicto, quod S. Bonifacius miraculose demolevit. *Serarius Not. XX.*
- (d) Erfordia erat Pagus ut testatur S. Bonifacius in Epist. ad Zachariam Summum Pontificem. *relata ab Illust. D. Gudenus lib. I. n. 3.*

GREGORIUS (a) summus *Romana* in sede Sacerdos,
 Quo dignus, fidei cultorem exceperit honore;
 Inque Sacerdotem Sacratum Chrismate divo
 SEDIS Legatum Germanum misit ad orbem; (b)
 Pergeret incepti dispergere semina verbi.
 WINFRIDUS redeuns populos convertit ut ante,
 Excurritque pius Bene-factor Zelus habenas,
 Et Bavaram gentem demulcens dogmate sacro
 Imbuit, & Sacra Baptismi diluit unda.
 Concilium varium pro cultu Numinis amplo
 Cogit, & emendat, si quos Germania mores
 Barbaricos tulerat. Cui tanto munere functo
 Cedit Metropolis ZACHARIE Mogona dono (c)
 Hac ex sede sua diffusus Spiritus ardet,
 Atque locis variis Zeli monumenta reliquit.
 Exstruxit plures pro Cultu Numinis aedes (d)
 Hasque viris replet Monachali lege gregatos,
 Et prius hæc tellus Monachalis nescia formæ, (e)
 Nunc felix cepit florere labore virorum,
 Qui sub Numiferâ BENEDICTI lege virebant.
 In Vastos saltus, FAGI de nomine dictos
 Buchonicos penetrat, quos Fuldae interluit amnis; (f)
 Quos jam Romani noverunt Clade fugati,
 Tum, cum belligeris miscerent bella Sicambri. (g)
 Hoc in deserto densis loca consita sylvis
 Eligit, & dono PIPINI à Fratre recepta (h)
 Pro fidei specula pro Religionis & arce (i).

B 2

Atque

- (a) Gregorius II. erat summus Pontifex, qui Romam S. Bonifacium accessit. *Græverson* l. c.
- (b) Quem Sedis Romane legatum pro Germania destinatum, & Episcopum consecratum nulli tamen loco affixum remisit, ut liberius excurrendo Verbum Dei disseminaret. *Græverson* ibidem.
- (c) S. Bonifacius à Zacharia Papa intuitu exaltatorum pro fide laborum Episcopus Moguntinus cum Metropolitæ dignitate, sive primus Archi-Episcopus creatus est. *Græverson* l. c.
- (d) Varia S. Bonifacius Ordinis Benedicti erexit monasteria: v. g. Fuldenſe, Erfurtenſe B. M. V. Friestarienſe, Hersfeldenſe &c. *Brevv.*
- (e) ante D. Bonifacium Frisonibus incognitus erat status Monachalis. *Ill. D. Gudenus*, l. c.
- (f) Dicitur Fuldenſis erat sylva à Fagis ibi crescentibus Buchonica dicta.
- (g) *Tacit. Annal. L. I.* de fluvio Adrana nunc Edera dicta.
- (h) Hunc locum ubi nunc Fulda extructa, S. Bonifacius à Carolomanno & Pipino dono accepit, hoc testatur Chartula S. Bonifacii de finibus & terminis Monasterii Fuldenſis apud *Brevv. S. J. L. I. C. IV.*
- (i) in Epist. S. Bonifacii ad Zachariam Pontificem relata à *Brevv. l. c. C. 3.*

Atque Sepulchrali pro busto electa quietis,
 In Sacras aedes sub SALVATORIS honore (a)
 Consecrat Antistes, quicis STURMIUS ipse praesset.
 Qui Bavarum clarens Magnatum sanguine avito
 In celebri Patris BENEDICTI monte vetusto
 Cassino dicto, monachalem discere vitam
 Antea Missus erat, post Friteslarius Abbas;
 STURMIUS has aedes construxit, rexit, & auxit;
 Fecit Musarum Castarum ferme Palæstram,
 Quò fluxère Itali, Galli, Britonumque juvenus.
 Hæc sunt FULDENSI DOMUI (b) Primordia Sacra,
 Qua tumulum propriae petiit BONIFACIUS Urnae
 Vaticinans istam post tot fera praelia Martis
 Stare inconcussam, & BENEDICTI flore perennem.
 Multa igitur virtute potens, fervensque laborum,
 Ad Frisonum rursus WINFRIDUS transit oras,
 Et Lullo (c) Mogonâ Neo Myltæ sede relicta
 Has iterum gentes idola nefanda colentes
 Divino fidei gladio vult vincere verbi.
 Ast ingrata nimis labentem ad fluminis alvum
 Barbara Gens perimit pastorem caede cruenta. (d)
 Advolat, & redimit de diro jure latronum
 Occisi Corpus, Sacrato Sanguine tinctum
 STURMIUS & FULDAM Sanctissima lipsana portat.
 Et licet invitum Trajectum funera poscat;
 Attamen æthereo resonans campana repulso
 Applaudit captis, oneris quoque bajula Cymba
 Avolat, & celeris Mogonis Sacra funera transfert (e)
 Exin pompofè FULDAM traducitur urna,
 Inque Sacro altaris decorata reconditur arcu;
 Cæpit ubi miris Martyr clarescere signis;
 Famaque se mundi partem transfudit in omnem,
 Stravit inaccesis gens Saltibus advola Callem.

Uno

(a) Ecclesia Cathedralis Fuldenfis Salvaror nostro sacrata.

(b) Domus vulgo Domini Ecclesia Cathedralis dicitur.

(c) Anno DCCLIII. Sedi Mogonæ B. Lullam Archi-Episcopum consecravit, & praefecit, & pergens in Frisiam Trajectensis Episcopatus administrationem suscepit usque ad annum DCCLV. *Graveſon* l. c.

(d) unâ cum Sociis Martyr occubuit eodem anno V. Junii ibidem.

(e) per adversum Rheni cursum Moguntiam volante nave *Brœv. L. 1.*

Uno hoc Theſauro facta eſt propè ditior omni
 Tellus Fuldenſis: Dominus benedicat & illi
 Ut quondam Obededom bona cuncta induxerat arca (a)
 Quæquè prius dumis horrebat barbara ſylva,
 Nunc verſa in lætum paradifum flore virefcit,
 Et rapit attonitos oculos, animoſquè ſtupentes:
 Cænobium videas, ubi diſciplina virorum
 In fervore ſuo ſtetit annis mille novemque (b)
 Non miſeri caſus, nec iniqui temporis algor
 Non furor inſanus, non inclementia fati.
 Non ignis cælo lapſus, non ditis & umbra (c)
 Hoc afceterium virtutis honore decorum
 Unquam fuſcavit, miſerâ vel forte peremit,
 Quali tot ſimiles ſè plorant Numinis ædes
 Extinctas penitus, vel Majeſtate priori
 Et ditione ſua ſpoliatæ collacrymantur.
 Fluctibus hoc diris emerſit ſemper in altum,
 Nec non lucidius caput almum protulit undis,
 Pontifices, Reges, & qui moderantur habenas
 Romani Imperii, certarunt munera ferre (d)
 Et multis annis utriuſque à ſede Monarchæ
 Semper manabat ſpecialis gratia FULDÆ (e)

C

Mu-

(a) 2 Reg. c. 6.

(b) Cujus Millenarii Jubilæi ſolemnitatem modernus CELSISSIMUS PRINCEPS AMANDUS Anno MDCCXLIV. celebravit, & Clariffimus D. Valent. Fuchs, Eccl. Colleg. Raſdorffienſis Canon. Caſtos & Parochus ingenioſâ Muſâ poſteris adnotavit.

(c) Anno DCCCCVIII. ſub Huggoi Abb. à Barbaris Hunnis inſaſum, Item anno DCCCCXV. ſub Heinſrido Abb. ab iisdem ſere deſtaſum, & Anno MXIII. Menſe Majo ſolo extirpatum Chron. Franc. Saxo, & Anno MLIII ſeditioe oborra Viri ſaceratis ad ſecularia tribunalia raptratis, plagisquè ſervilibus cruentatis miſerè viduarum, Brev. l. v. Anno MCHI. incendio ſubitano & MCC. incendio nocturno penitus extinctum, Anno MCCCXXI. à Miniſtris ſicariis Abbate BERTHO in ſuo Oratorio crudeliſſimè, & facilegè occiſo variè exagitarum. Anno MCCCXXX. à ſeditioſis civibus planè ſpoliarum, MCCCXCIX. fulgure de cælo lapſo totum Monafterium cum Eccleſiâ in cineres redactum. Anno MDXXV. Ruſſicorum oborra bello Monafterium Fuldenſe & ditiones ſue direptæ & ſpoliatæ, & uſque ad annum pacis variis miſeriis fuerat agitarum, Brev. l. II.

(d & e) 1. ZACHARIAS Papa D. BONIFACIO exemptionis perpetuæ Monafterii FULDENSIS privilegium contulit, id, quod multi alii Pontifices confirmarunt, noſiſque privilegii adauxerunt. ex Archiv. Eccl. Fuldenſ. MSC. 2. Abbas Fuldenſis Germaniæ & Galliæ Primas renunciat, & à SYLVESTRO Papa in conſeſſu publico præ cunctis Eccleſiæ Prælatiſ præcedentia eidem conceſſa. 3. Monafterio Fuldenſi à JOANNE Pontifice in Epift. ad Richard. Abb. titulus SPECIALIS ECCLEſIÆ ROMANÆ FILIÆ obigit, & cœu æterno Urbis Romanæ civ.

Musarum & stupeas Fuldenſia teſta Palæſtram,
 Quæ genuit mundo doctiſſima Germina mundi,
 Non ars, non ſtudioſum, nec & ulla ſcientia floret,
 Quarum non fuerat vel adhuc eſt FULDA Magiſtra.
 Numina progeniit, venerans quæ ſuſpicit orbis
 Tales RABANUS, STRABUS, MAGNENTIUS, HAYMO,
 MAURUS, RUDOLPHUS, WALAFRIDUS, LUPUS, & OTRFID;
 Deficerent chartæ, ſi Nomina cuncta referrem.
 Eccleſiæ Cardio evaſit celliſſimus Abbas
 BERNARD - GUSTAVUS DE BADEN, purpura cujus
 Sanguine regali mirè illuſtrata micabat. (a)
 Multos quid memorem luxiſſe Sagoque Togâque
 Regum, & Pontificum Legati munere functos? (b)
 Quid dicam plures ſaſtigia maxima honorum
 Mitrà Pontificum claros ſcandiſſe per orbem?
 Unum bis quatuor veneratur Mogona ſedes
 Summos Pontifices, genuit quos inclyta FULDA (c)
 Abbatum ſeriem quid longo Themate narrem?
 Qui vix immenſo laſſati pondere rerum
 Rebus in adverſis nunquam non Marte ſecundo
 Pro patrio Atlantes fortes ſplendore ſteterunt? (d)

Glo-

civi Monafterium S. Andrea cum omni fundo Romæ ad præſepiſium dono ceſſit. 4 à CA-
 ROLO IV. Princeps Imperii Abbas Fuldenſis ſublimatus, & Archi-Cancellarius Auguſtiſſimæ
 Imperatricis in perpetuum creatus fuit, ex *Diplom. 1210. emanato*, præterea Monafterio Ful-
 denſi ſucceſſivè ab Imperatoribus, Regibus, Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Principibus, Comitibus,
 & aliis varia prædia, ditiones, diſtrictus &c. &c. donata fuere *Corp. Tradit. Euld. Joannis
 Frider. Schannat.*

- (a) Eminentiff. Bernard. Guſtav. S. R. E. Card. & Abb. ex 17. familiis Regalibus ſanguinem, & origi-
 nem traxit *R. P. Frider. Schmelius Lib. Nilus Myſticus.*
- (b) In Pacis, belliquè functionibus claruere Thico, Siebardus, Huoggi, Hildebertus, Hadamarus, Wer-
 nerus, Richardus, Rohingus, Wideradus, & alii, qui Imperatorum, Regum & Archi-Epiſcopo-
 rum partes præclare geſtârunt, & Legatorum munere feliciter fuere functi.
- (c) Moguntinæ Metropolitanæ Sedis, cujus Archi-Epiſcopus primus D. Bonifacius, Monafterii Fuldenſis
 Auctor, à Zacharia Papa renunciatus fuerat: ex hoc Monafterio Succelliores fuere ſequentes:
 Ariſtophous Anno DCCCXIII. Rabanus Divinâ penes ſcientiâ clarus anno DCCCXLVII,
 Sunderoldus DCCCXC. Hildeberrus DCCCCXXVI. Fridericus Hildeberti, Succellor, Hat-
 to DCCCCXXI. Erchenboldus MXI. Barbo MXXXI. Sigefridus MLIX. Ex eodem
 Monafterio Brantho claruit Epiſcopus Halberſtadienſis anno MXXIII. S. Gothardus fuit
 Epiſcopus Eccleſiæ Hildesheimenſis. Luitpoldus Bamberg. poſt Archi-Epiſcopus Moguntinus
 MLI. Sigefridus Epiſcop. Hildesheim. Gundericus Merſenbourg. Epiſc. Henricus Eccl. Fi-
 ſing. Adelbertus Epiſcopus Pragenſis.
- (d) Tales fuerunt Heroës Ægil, Marquardus, Hadamarus, Berthous &c. quorum inſignem Catalogum
 videre fas eſt apud *Brevv. L. IV. & in Miſſiſol. CL. Canon. Euch.*

Gloria Fuldenſis velut arbor creverat inde
 In ramos fortes, quos circum multa nitebant
 Scuta Vaſallorum: varios mirare clientes
 Archi-Duces! mirare Duces, comitesque Barones,
 Vix his æqualem ſeriem Germania vidit. (a)
 Sic laus, ſicque Decus, ſic crevit cultus, honoſque,
 Sic crevit ditio, ſic ingens incrementum
 Nobile cænobium mundo ſpectabile fecit.
 Sic eſt: ſic Patriæ Patris Paſtoris *amandi*
 WINFRIDI decuit mundo exaltare ſepulchrum! (b)
 Illuc nunc propero, Divi venerarer ut oſſa,
 Ut grates referam fidei pro lumine ſparſo,
 Quo ſine palparet tenebris Thuringica tellus.
 Ibo viſurus turræ mania FULDÆ
 Magnoque ABBATI, qui Fidi Patris ad inſtar
 Vix non immenſo nos accumulare favore
 Atque penu multo Geranam paſcere Eremum
 Dignatur (c) grates ſubmiſſo corde daturus.
 Hoc pietatis amor, jubet hoc devotio mentis.
Dixerat, Et ſubito vates cupit eſſe Viator;
Greſſu ſollicito per devia, Et in via pergit,
Donec ad Auguſtæ veniat confinia FULDÆ.
Hic Mox attonitam cunctantur Clafſica mentem
Qua per multiſonum clangoribus æthra volutant
Et multo ſtrepitu latantis gaudia FULDÆ,
Finitimis oris ob feſta inſtantia portant.

Famæ clangor erat:

gens gaVDe affInIs VICInIa pLaVDeqVe tota,
 FVLDa sVIs feſtIs Vota noVare IVbet.
 Paſtor FVLDeſIs VeneranDVs EpIſCopVs aVDIt,
 Et Viret hIs orIs InfVLæ honorIs apeX.

C 2

Ful-

(a) Vide Elenchum Clientum ſeu Vaſallorum primi & ſecundi Ordinis in libro *Joannis Præſertim Schannar: Gerichts- u. Lehns-Gef.*

(b) erit Sepulchrum eius glorioſum. II. 11. c. 10. v.

(c) Reverendiſſimus & Ceſſiſſimus Princeps AMANDUS, Conventui Erem. S. P. Auguſtini Erfordienſi gratiſſimam conceſſit Licentiam, in Diceceſi Fuldenſi duabus Vicibus in anno pro alcaidæ ſtatibus inſtituendi queſtam.

FVLdaha ter felIX patrIæ bona nVnCIa MIIttē,
atqVe sVIs VotIs IVngere Vēstra rogat,
ADVoLe greX pLaVDas, sonVIt BVChonICa teLLVs,
pastorIQVe tVo CVncta preCare bona.

*Obstupet insolito Vates Clangore moratus,
Hæret & ancipiti vocavit nova nuncia mente,
Interea propius venit ad Fuldensia septa,
Et mage crescentis miratur juba Fama.
Usque per unisonas edoctus nuncia voces,
Nunc sublimatum pregrandi Presulum honore,
Abbatem magnum Fuldensem comperit iri.*

Vox erat hæc populi lætantis:

gaVDentes popVLI pLaVDite FVLdahæ
Et VIVo sonItV IVbILa IVngItē *
Vos omnes peregrI gaVDIa neCtItē,
VotVo patrIæ pergItē peCtore
Hos AVsVs Varlos pangere VersIbVs *
MItratVs renoVat præSVL EPISCOpVS
Vt fagVs reVIrens, prIstIna gLorIæ
ornatV Varlo sIDera spargere *
AMANDI rVtILans PRÆSVLIS InfVLa
Est AVgVr, patrIæ proVehIt aVrea
Ter faVstIs popVLLs * tēMpora sVbDItIs,
qVæ fert ContInVIs propIa rIVVLLs
EXVLtans arles prata per aVrea. * (a)
obstrIngIt patrIæ prospera sæCVLa
qVæ nVnqVaM poterVnt perDere tVrbInes,
AVt sortIs reprobæ fata resOLVere
InIVsta serIc. * seD Mage gLorIa
rLorebIt regerens sæCLa per Integra. *
ergò Vos popVLI fVnDItē IVbILa
obrVtV resono tergItē nVbILa
non fLetVs resonet, non qVerIMonIa *

Votis

(a) in Scuto Gentilitio Rey. & Celsiss. Principis AMANDI Caput Arietis in campo aureo.

Votis Vnisonis gaVDla pangite:
 HOc sVb præSIDIO PRÆSVLis a VreO
 FVLDE fors abeat faVsta, beataqVe *
 antistes Vigeat sæCVLa nestoris,
 Et Verno Vireat teMpoRe præSVLis
 sVb faVsto reglo sVbDlta NVrslo * (a)

*Versibus his monito peregrino pectora fervent,
 Et super insolitas exardens corde novellas,
 Passibus aufertur rapidis, festinus anhelans,
 Ut quoque Buchonicis misceret juba sylvæ,
 Quæ concertatim resonat à voce vorantis
 Commotæ populi festivo persona ab Echo
 Multifonum VIVAT per sidera consona volvunt.
 Et quo proximius FULDENSEM pergit ad urbem,
 Hoc magis distincto solennia vota Sonore
 Percipit, Et plures simulantis pectoris ausus
 Sentit, qui cupiunt quoque consona vota referre.
 Ingressitur patulas radiatas lumine portas;
 Non Urbis vici, non tanta Palatia mentem,
 Aut oculum tardant, avidi pro more vianis;
 Sed prius ad Sacras Augustas advolat ades,
 Sacris Exuviiis latantia ut oscula ferret.
 Aedes ingressus sancto splendore superbas,
 Quas novit Phidie solum describere penna,
 Ad divi tumultum susus suspiria promit:*
 Germanum Numen fidei! quod lumina nostro
 Accendit populo stertenti mortis in umbra.
 O decus almiferum FULDE! pretiosaquæ gemma,
 Quæ sub stellata veneranda reconditur urna.
 Magne pugil CHRISTI! quem purpura sancta cruoris
 Condecorat fusi, quo semina sparsa rigabas.
 Gloria Nursiadum, BENEDICTI gloria, & orbis,
 Quæ nostras terras Paradisi fertilis instar
 Cœnobiis tantis ceu divo flore replesti,

D

De

(a) Nurus pro Benedictino Præsule.

Ut dignas grates fido de corde rependam,
 Adsum - - -
 Dixerat, & furtim subeundo lumina Morpheus
 Obruncat vocem, semi apertos claudit ocellos,
 Et fessos altus sopor artus stringit & algor.
 Post tacitam mentem rapiebat visio magna,
 Quam juvat hic virvo Chartis umbrare colore.
 Pyramidum moles circumdecoraverat urnam,
 Singula Pyramidum stabat cælata figura,
 Quam circum serpunt insculptis lemmata verbis;
 Machina quæ Divum Mystæ spirabat odorem
 Et tot flammigeris narrabat mystica linguis.
 Vel mage, quæ flammæ præsentant nobile bustum
 Quod divos cineres WINFRIDI ac ossa tegebat,
 E quibus exurgit juvenili flamine PHOENIX,
 Verba appressa dabunt, quid Visio denotet isthæc.

Videbat quippe Vates suo in Enthusiasmo Nobile bustum sex Obeliscis coronatum,
 in cuius apice ex Cineribus Divi Bonifacii juvenescebat Phœnix. Obeliscus
 quilibet duo appensa portabat Scuta, unum Serpens ad pedem, alterum
 eminent in Capitello. In quolibet erat effigiatum Emblemata, cum inscri-
 ptione Lemmatis, & circumfluo Epigrammate metamorphosin inferioris in
 superiorem exprimente. Quæ cuncta suo ordine refero.

OBELISCUS I.

Emblemata in scuto inferiori, Vitam Monasticam D. BONIFACII ad-
 umbrans:

CANDELA IN LUCERNA ARDENS.

Lemma: Clausa securior ardet.

Emblemata in scuto superiori, Vitam ejusdem Apostolicam in Germania
 collustrans:

CANDELA POSITA IN CANDELABRO.

Lemma: Ut luceat omnibus.

EPIGRAMMA.

AngLia TE genVIt pVro De sangVine regVM, (a)
 Alt fVgls, & IVVenls CLaVstra qVlera petls.
 In genere, & VIta BrIttonVM LVX Digna fVItl;
 Vt non LangVeres, Cænoblaftra fVgls.
 LongIVs hls etenIM feptls faX tVdor arDet:
 Venls eXpoftra efl parVa LVCerna forls.
 non Verò obfCVro LVX efl ponenda sVb antro,
 qVæ VItVte potens æMVLo ab Igne nltet.
 In CanDeLabro poftIVs VVInfrIDVs honore,
 gentlbVs eXternls sIDera faVIta tVLI.

OBELISCUS II.

Emblema in scuto inferiori, Castitatem D. BONIFACII depingens.

SOL IN AQUA REFULGENS.

Lemma: Tantum puris se monstrat in undis.

Emblema in scuto superiori, Zelum in erudiendis populis exhibens.

SOL NUBES DISPELLENS.

Lemma: Dissipat umbras.

EPIGRAMMA.

LaCtanter Chrlfti VeflIga faCra feCVtVs
 se VVlt affIXVM effIglare CrVCI.
 paVper, Inops, hVMILLs BeneDICTI Vt Vota profefl Vs
 Lege sVb aVIta strenVVs Ipfe sIbI.
 VIrGIneVs IVVenls pla ferVans LILla pVrè,
 qVæ faxDè poterVnt ConteMerare, fVgt.
 AVrea LVX soLLs pVrls se Monfrat In VnDIs;
 splrItVs & pVro peCtorI Inesse faVet.
 soL erat, & VItrels BrIttonVM sVrreXI ab VnDIs,
 Et Frlslæ tenebras LVCe fVgaVIt atras.

(*) Pater S. BONIFACII fuit *Ophe*, Rex Angliæ. Chron. Montis Sereni.

OBELISCUS III.

Emblema in scuto inferiori, Bonitatem D. BONIFACII proponens:

AGNUS IN PASCUIS.

Lemma: Nulli vivo malus, semper ubique bonus

Emblema in scuto superiori, Episcopalem dignitatem delineans:

PASTOR CINCTUS OVIBUS.

Lemma: Pasce oves meas.

EPIGRAMMA.

Pòst In te VtonI Cas transIVIt strenVV's oras,
AtqVe sVæ fIDel LVMIna pVra tVLLt.
oMnlbVs In terris bene-feClIt gratVs Vt agnVs,
herblDa qVI qVærlt pasCVa gnaVV's agrIs,
spIrltVI pafVs aLItæ sVnt peCtora gentIs,
qVæ prIVs eXpertes LVMLne perDItæ oVes.
EXIn qVà pastor, ter fIDi præVLLs Instar
Verbls eXeMpLLs, pasCere noVIt oVes.
qVI prIVs agnVs erat, bonVs agnIs pasCVa Monfrat;
atqVe pIIs oVlbVs repLet oVILe Del,

OBELISCUS IV.

Emblema in scuto inferiori, Amorem in Deum & proximum explanans:

FAX ACCENSA.

Lemma: Tendo sursum, laboro deorsum.

Emblema in scuto superiori, Mercedem caelestem figurans.

**PETRUS CUM CHRISTO IN MONTE
THABOR.**

Lemma: Sic glorificat Pater.

EPIGRAMMA.

EfferVet DIVIs InCensVs ab IgnlbVs æstVs,
fert LIqVIDas gVttas LaVta trlbVta Deo.
In sVperos MIqIt VotIVI thVrls aD Instar,
peCtore qVæ eXspirans Vota saCrata foVet.
par ferVet pletas In prospiclenDo salVti,
igne eXhaVsta VeLVt fax In aMore perlIt.

Hinc

Hinc Merito rAdlat seV PETRVs VertiCe THABOR,
qVo frVItVr (nIveà Veste togatVs Ibl)
gratè VernantIs CæLestIa gaVDIa slon,
qVo non eXVrgIt MortIs InIqVa phaLanX.

OBELISCUS V.

*Emblema in scuto inferiori, D. BONIFACII constantiam in adversis
designans:*

SPHÆRA ARMILLARIS MANU GYRATA.

Lemma: Moveor non mutor ab ullo.

Emblema in scuto superiori, Fundatum Monasterium delineans.

CÆLUM STELLIS FIXIS SCINTILLANS.

Lemma: Luce radiant semper eadem.

EPIGRAMMA.

CeV gLobVs CæLI VarIIs rotatVs,
nVnC poLos sCanDIt radIIs EOOS,
nVnC pLagas aVstrI, boreæqVe sphæras
hesperlasVe.

Et LICet Lato VarIata MotV
VertItVr DeXtrIs agItata sphæra,
Ast sVâ stabIt statIone fIXa
terra repansâ.

sIC LICet gentIs BENEFACtor aVras
perVians fæVæ MaLa CVncta passVs,
CasIbVs fæVIs rableqVe fortIs
sonde rotatVs.

In sVo Centro stetit Irretorto,
AtqVe fVnDaVIt noVa Castra terrâ,
qVæ patent tantIs renoVata fIXIs
seMper ab astrIs.

OBELISCUS VI.

Emblema in scuto inferiori, Martyrium D. Bonifacii effigians:

MONETARIUS CUDENS NUMISMATA

Lemma: Pretium quilibet ictus habet.

Emblema in scuto superiori, Mortem ejus gloriosam portans:

CRUCIFIXUS IN SANGUINE OCCISI
RELUCENS.

Lemma: Cujus est hæc imago? Christi.

EPIGRAMMA.

non fat cXesa est tVa Vita LVctls?
VeL fat haVD fæVls LaCerata fLagrls
neC Caro fat slt patlens Labores
LangVIDa patrls?

Barbaras gentes Vt aDhVC reVlsat,
Et VeLlt fVfo sterlLes rlgare,
qVos agros pastor prIVs Ipse seVIt
sangVIne Martyr.

Vt prope est rIpæ frlscI fLVentI,
sternltVr fæVè repetente pLagâ,
seV foret brVtè qVatlentls InCVs
tVDe Monetas.

CVIVs est ergò Latltans IMago?
CVr rogo? prostat rVbeo In CrVore
enltens ChrIsti CrVce sVbLeVatl
Vera propago.

Intra hos Emblematis coronatos Obeliscos Divi BONIFACII eminebat tumulus, velut accensum tot aromaticis flammis bustum, quod in Symbolis enarrate sue re Virtutes, in quo Sacri ejus reconditi erant cineres, è quibus exurgentem rejuvenescere PHÆNICEM admirabatur Vates. Busto, Tumuloque circum scripta legebatur sequens

INSCRIPTIO EPICEDIALIS,
Aenigmatico - Historico - Chronologico-
Cabalistica:

Trans freta BrItCa VoLaVIt phenIX,

1 21 33 1 4 1 3 42 3

Ex Anglia in Fri-
gam venit. Anno
716.

Et FrIsLas Venlens aD terras qVasIVIt,

2 33 1 2 32 1 2 1 123 3

NVrfeas progenles VIVO propagare bVfto

5 21 4 2 32 3 4 4 1 12 5 4

A soLe gralo gLans el aVrea pro nIDo sVO

1 4 2 1 4 1 23 15 21 4 3 4 54

§ Zacharia Græco
Moguntinus Ar-
chi-Episcopus fa-
ctus 745.

FVerat asIgnata, Vbi raræ VItVels, raros,

5 2 1 1 3 1 1 5 3 1 12 3 5 3 1 4

sabæos CongesIt pIetatIs thesãVros.

1 124 4 2 3 32 1 3 2 15 4

Ast soLtarlos petensVChonIcæ syLVæ reCefsVs,

1 4 3 1 34 2 2 5 4 3 12 6 12 2 2 5

Fuldense Mona-
sterium anno 744
fundatum suo se-
pulchro destinat
747

opaCas fagIs tenebras pro bVfto qVæIt grato,

4 1 1 1 3 2 2 1 4 5 4 12 3 1 4

Nato Vbi pro CInere sItVeret CVnas.

1 4 5 3 4 3 2 2 5 2 2 5 1

pòst à gLanDe bICornI Bene-faCtor translens.

4 1 1 2 3 4 3 2 2 1 4 1 32

ad Episcopatum
Moguntinum se-
cessit 753

ADFrifcos reVoLaVIt agros, Vt eas InVleret terras

1 324 2 4 1 3 1 4 5 21 3 3 2 2 2 1

Rediit in Frisiam,
ubi occisus, & in
Monasterium Ful-
denic translatus
755

Et Ibi VIs tyranna sangVIne fVfto

2 33 3 6 1 1 1 3 2 5 4

In fagofas repVLIIt CVnas.

3 1 4 1 2 5 3 5 1

Vbi CIneres faCrl per qVIngentos qVleVère annos

5 3 3 2 2 1 3 2 3 2 4 32 2 2 1 4

§ Translatione
usque modo sunt
998.

Et nonagInta oCto, Varlls pròbatã fVrlls fVère

2 4 1 3 1 4 4 1 33 4 1 12 5 33 5 2 2

æoLI, seD stetère tanto gyro ILLæsl reo.

124 3 2 2 2 2 1 4 6 4 3 3 3 2 4

E 2

Vna

Vna Dies ablit, et aLterâ sparfos

5 1 32 1 33 2 1 2 1 1 4

FerVIDiores, In fragrantes CVnas raDIosVIbrante

2 3 34 2 3 1 1 2 5 1 1 34 3 1 2

soLe BONONIENS!, en! PHOENIX

4 2 4 4 3 2 3 2 4 2 2

reVIVit. (a)

2 3 3

à BENEDICTO
XIV. Bononi-
ensi, Rever. &
Celsissim. Prin-
ceps Episcopus
renunciatus
anno 1753.

*Legit Epicedion Vates, ejusquè solvendo Enigmati adhuc frustra insudans P HOE-
NICEM redivivum conspicit, sed crescit stupor, cum Emblemata superiora
nobili metamorphosi intuetur immutata. Ea, qua presentabant, hic
subnecto:*

OBELISCI I.

Emblema

Patriarcha Abraham stellas numerans.

Lemma: Numera: si potes?

EPIGRAMMA.



Magnum Cœlorum Numen dicebat ad Abram:

Connumera stellas, si numerare potes. (b)

Multiplicabo tuum sic fausto Germine semen,

Ex hoc nascetur chrysmate inunctus HOMO (c)

Sic BENEDICTE tuum florebit Germine semen,

Quod nec falx mortis, fors nec iniqua fecat.

Hanc & progeniem BENEDICTI lege revinctam

In cœlo in terra gloria cuncta manet.

Quòd fervet Dominus promissi fœdera Divi

Inter tot soboles FULDAHA testis erit.

Hæc

(a) Hoc Epicedion, Cronographico Cabalisticum in Cronologo sensu exprimit annos præcipuos vitæ & functionum Divi BONIFACII. Cabala vero per omnes numeros juxta simplicem additionis speciem calculatos exprimit annum DCC LIII, illum quippe, in quo S. BONIFACIUS abdicato Germaniæ Episcopatu in Frisiam rursus fecerit, proinde ad annum currentem, in quo Fuldenis Episcopatus incipit, iuste Millefinus exurgit annus. Mille autem anni juxta computum Davidicum sunt sicut dies hesternæ, ergo una dies abiit, & alterâ aliter BONIFACIUS, sive modernus Celsissimus AMANDUS EPISCOPUS BENEDICTINUS in Germaniâ prodit

(b) Gen. 15. c. V. 4.

(c) Ex Semine Abrahæ natus est Homo Christus.

Hæc stetit, & mansit BENEDICTI in lege fidelis,
 Quandò tot innumeræ degenerare domus,
 FULDAHA Germano nunc sola refulget in orbe
 Pontificum clarâ Nobilitate Mitrà,
 FILIVS est VerVs pRInCeps aVgVstVs aMANDVs,
 QVI pRior & nobls InfVLæ honore nitet.

OBELISCI II.

Emblema

Ecclesia Fuldenfis in Ichnographia Romana.

Lemma: Sequitur filia Matrem.

EPIGRAMMA.



CHRISTI Pontificis ROMANA ECCLESIA sponsa est,
 Quæ tot progenuit Germina casta polo.
 Quot sedes numeras per mundi compita sparsas,
 Harum cunctarum ROMA beata Parens.
 Has inter fulget *specialis filia Fulda* (a)

Quæ per tot series intemerata fuit.
 Evomuit furias inferni squallea porta,
 Sed quæ juncta PETRÆ foris ut illa stetit.
 Subdita Sola fuit Romanæ FULDAHA Sedi (b)
 Quid mirum, matrem filia si sequitur?
 Quid miri, quando speciali munere Dives
 Pontificum mitris condecorata nitet?
 Ex gremio multos suscepit ROMA mitratos, (c)
 Cur non Pontificem proprio in orbe daret?
 Annulus, en! Sponsus datus est sine fine rotundus,
 Felices annos ut sine fine ferat.
 Annulus, en! Piscatoris consignat AMANDO
 Mitram: unde electus Sponsus AMANDUS erit:
 Roma retrò est amor, hinc sese convertit amore
 Ad Sponsum AMANDUM, quem sibi jungit amor
 nVnC IgItVr tanto patris Latere faVore
 EN TVVs eX toto præsvL aMANDVs oVat.

F

OBE-

(a) Vide supra

(b) hoc immediate subjectionis Privilegium Zacharias summus Pontifex D. Bonifacio concessit.

(c) vide supra

OBELISCI III.

Emblema.

Pastor Bonus.

Lemma: Cognoscit oves suas.



EPIGRAMMA.

DAVID erat *Pastor*, populi *Dux* quando vocatur; (a)

Antiquæ hæc legis provida cura fuit.

Sed *piscator* erat, cum PETRUS *Pastor* amatur; (b)

Legis & ista novæ gratia sacra tulit.

Sic *piscanti* homines WINFRIDO munera dantur,

Ut sit Germano *Pastor* in orbe Gregis.

Pastorem proprium Fuldæ gens fida precatur,

Quem prius ex animis est venerata *Ducem*.

Et cur hic *Pastor* non sit, vestigia PETRI

Qui fervore PATRIS religione premit?

Hoc meruit quondam Fuldenfis *Pastor* & *Author*

ROMA velit *sobolem* condecorare *pedo*.

grEX VoLar, atqVe sVo VVLt basla f lgere aManDo,

Et pastor faVlto IVgere pasCere oVes.

OBELISCI IV.

Emblema.

Eleazar sacrificans pro populo.

Lemma: Fungi Sacerdotio. (c)



EPIGRAMMA.

d Jussum Domini MOSES sacraverat ARON, (d)

Qui det in altari sacra verenda DEO.

Et qui plecentem placaret Numinis iram,

Oret pro populo dona sacrata ferens.

Filius inde pari est ELEAZAR munere functus, (e)

Cui dedit æternum Pontificare Deus (f)

WINFRIDUM MOSES ROMANUS in urbe sacravit,

Ut pro germana gente sacrata daret.

Filius & verus nunc sublimatus AMANDUS,

Staret in altari *Pontificans* Domino,

Ac

(a) 1. Reg. 16.

(b) Mat. 4. C. 18.

(c) Ecclef. 4. 5. C.

(d) Num. 3. C. 10.

(e) Num. 20. 26.

(f) Levit. 8. 24.

Ac in perpetuum non auferrentur ab illo,
 Quæ Successores munia digna ferent,
 Gens omnis gaude, MYSTAM dum cernis in ara,
 Et promitte tibi, sydera quidquid habent.
 pro pop VLo TV offeis tIBl Voto MAGNE SACERDOS,
 Vt faVtVs nobIs annVs ab aXe fLVat.

OBELISCI V.

Emblema.

Aaronis Virga virefcens.

Lemma. Ecce Sacerdos Magnus.



EPIGRAMMA.

Summum Pontificem MOSES præfecit ARONEM, (a)
 Ut populi Hebræi iusserat ipse DEUS.
 Aemula sed non vult gens altera noscere MYSTAM, (b)
 Usquè Dei positum jure probare queat.
 Præcipit ergò Deus bis Senas figere virgas,
 Flore Sacerdotem denotet una suum.
 En sola est revirens AARONIS Germine virga,
 Altera verò tribus marcida quæquè manet.
 FULDA pedo quondam WINFRIDI præsulis almo
 Floruit, & docuit munus ab axe datum:
 Nam tòr jam lustris FULDÆ benedictio mansit,
 Et cum deficerent omnia, sola stetit.
 Nunc ergo reviret WINFRIDI virga beati,
 Et probat electum PRÆSULEM adesse suum.
 Ergò peDVM VIreat ter faVstos PRæsVLLs annos,
 Et greX ter LatVs pasCVa VIVa terat.

OBELISCI VI.

Emblema.

Parelion Benedictinum.

Lemma: AMANDUS & BONIFACIUS idem.



EPIGRAMMA.

Non binum tolerat cælestis regia solem,
 Et licet hoc visum fama vetusta notet;
 Attamen ex uno fluxisse parellum ab astro,
 Cursus observans astrologia docet.

F 2

Unum

(a) Deuteron. 18. 5.

(b) Num. 17. 5.

Unum felici circumdant Mocnia FULDÆ,
 MYTRATUM MYSTAM quem tegit urna *patrem*;
 Cur non Pontificem rursus veneremur ad aram,
 Qui lucet vestis nobilitate paris?
 Quidnè BONI-FACIUS sacrâ surrexit ab urnâ?
 Aut patitur soles FULDA beata duos?
 Ex primo fluxit quid quæro? *Parelius* alter
 Urnâ surrexit Pontificalis honos.
 In Nato mirâre patrem, mirare parentem
 In sese: nempe est *unus* & *alter* *Ego*
 Nonne BONIFACIUS nomen trahit à *benefactis*?
 Qui bonus & benè amat, nomen & omen habet.
 Haud *amor* esse potest, qui non *Benefactor* & esset,
 Nam *bonitas*, & *amor* mutuo in esse tenent,
 EstqVè BONIFACIVS VerVs qVoqVe præVLAMANDV's
 et bInos soLes ara VenVsta refert.

Lectione Epigrammatum adhibendum occupabatur Vates, cum Ecce! Majestoso apparatu REVERENDISSIMUS, & CELSISSIMUS PRINCEPS AMANDUS, Comitante REVERENDISSIMO, & ILLUSTRISSIMO DOMINO JOANNE ANTONIO, ex Illustrissimâ Familiâ de GEBSATTEL, REVERENDISSIMI, & CELSISSIMI WIRCEBURGENSIS nuper ARCHI-EPISCOPALI PALLIO insigniti EPISCOPI SUEFRAGANEO; & Selectissimâ REVERENDISSIMORUM, ac ILLUSTRISSIMORUM ECCLESIE CATHEDRALIS FULDENSIS DECANI, PRÆPOSITORUM, CAPITULARIUM, & PROFESSORUM Coronâ Syrmatus, & pomposa in mirando splendore & ornatu fulgentium MINISTRORUM, & PROCERUM Nobilitate stipatus, ac innumero devotæ Patrie selectu circumfusus, Templum vix credibili magnificentiâ excultum inter applaudentes Tubarum, & Tympanorum strepitus ingreditur, Expergesactus à Festivo tumultu Vates artonitus novam & insperatam admiratur Scenam: nunc gloriosus Procedentium fastus rapiebat oculos; nunc suavesonantes concinentium Musicorum moduli trabeabant aures, qui Neo-renunciando EPISCOPO FULDENSI sequenti applaudebant in

CHORO

Et numeris Cabalisticis, & Chronographicis sonoro.

Recitativa.

Ecce Sacerdos Magnus, qui in diebus suis placuit Deo, et inventus

2 2 1 2 4 1 5 3 3 3 2 5 5 1 5 24 2 3 2 5

Est justus. (a) Et circum - cinxit eum stolam gloriae, ac Mitram dedit ei. *

2 5 5 2 3 5 3 3 2 5 4 1 4 3 1 3 1 2 3 2 3

(a) usque ad asteriscum primum est Cabala Vocalium, cetera consonantium.

20 60 372 146 4 389 130 631 120 565 5 230 130 643
Hic adeo pulchra ante ad Ipfum non fuerunt* Tali usque ad originem non indutus.

50 117 399 12 471 54 53 458 169
Illa * alienigena aliquis, Hac tantum ille, Filii ipsius Soli * (a)

ARIA



O fors optata!



Dies beata!

qVæ nobis nasCItVr:

grEX ter beatV3!

qVI laM optatVs,

hls arVIs pasCItVr.

Præful AMANDUS

3 5 1 1 5

Pastor amandus

1 4 1 1 5

In ara colitur,

3 1 1 4 3 5

Quidquid honoris,

3 3 4 4 3

Quidquid decoris,

3 3 2 4 3

In sinu legitur.

3 3 5 2 3 5

NVnC gaVDe FVLDa

pcDo sVffVLta,

qVo terra regItVr.

qVæ renoVata,

Et forte gratâ

honorIs regItVr.

Stola vestitus,

4 1 2 3 5

Mitra petitus,

3 1 2 3 5

exulta Patria!

2 5 1 1 3 1

Pastor amatus

1 4 1 1 5

Pontifex datus

4 3 2 1 5

ascendet atria.

1 2 2 1 3 1

G

Ascen-

(a) Ecclesi. 44.

Ascenderat interea Pontificium Thronum **CELSISSIMUS PRINCEPS**, & suam quoque **REVERENDISSIMUS Wirceburgensis à Summo Pontifice constitutus Neo-Constituendi EPISCOPI RENUNCIATOR**. Altiòque inditò silentio Pontificale praelegitur Diploma; Quo lecto altrefatus Reverendissimus **SUFFRAGANEUS Celsissimum PRINCIPEM in ornatu Pontificali splendidum populo presentat, & renuntiat ORDINARIUM Cathedralis, & immediata Ecclesie Fuldensis**

EPISCOPUM

Hic inter concertantes Tubarum & Tympanorum strepitus unanimi voce exclamat populus :

VIVat

AManDV's
sanVs

NEO-ConstItVtVs
FaVstVs

epIsCopVs
beatVs.



am capio! (*quasi somno experges factus ab alto
Respirat Vates, & secum talia mussans,
Quid prius ad Tumulum WINFRIDI viderit, affert*)

FULDENSIS PRÆSUL nunc factus EPISCOPUS adstat,
Atque Gregi proprius Præfectus PASTOR AMANDUS.
Hoc meruere sacri, qui istâ conduntur in Urna
WINFRIDI Cineres, ut ab illis surgeret alter
CÆNOBII PRÆSUL qui Patriæ EPISCOPUS esset,
Et sic hâc Urnâ Phoenix assurgere cœpit,
Qui prius ex Britica ad Frisios tellure volavit, (a)
Atque Domos multas BENEDICTI prole Beavit.
Quem Sedi, Græcus ZACHARIAS Nomine Præsul,
Præfecit Mogonæ, quæ aurata glande celebris.
Sed sibi selegit Fuldensia tēpla quietis,
Ac in Buchonica, sibi quam construxerat, æde
Translatos cineres tumulari fœdere sancit.
Ad FRISIOS redeuns & iniqua Morte peremptus
Adverso Rheno transfertur nave volante,
Cœnobio FULDÆ pretiosâ conditur Urnâ.
Nongentis, deciesque novem, bisquattuor annis
Hâc in Magnificâ corpus requieverat æde,
Qui septingentis, cum quinquagintaque quinque
(In quibus occubuit Præclarus sanguine Martyr)
Uniti faciunt, quem nos modo degimus, annum. (b)

Si

(a) Solvit supra ænigmatico-Historicum Epicedion.

(b) per annos 998. quieveret Sacri Cineres in Ecclesia Cathedrali Fuldensi & anno 755. in Fisisa Martyr occubuit qui additi faciunt Summam 1753.

Si demas igitur de summa, mille, modernâ,
 Annus progreditur, quo cessit sede relicta (a)
 WINFRIDUS Magonâ, & sicut psalmista recenset,
 Una dies quæ præterit sunt tempora mille, (b)
 Hinc abiit sola una dies, natusque secunda
 PHOENIX Mitratus PRÆSUL surrexit AMANDUS.
 Raræ virtutes, quæ ornant Emblemate Tumbam,
 Sunt congesta suo Phœnicis aromata nido,
 Quas sol Romanus BENEDICTO accendit ab igne,
 Fuldensem & flammis PHOENICEM fecit oriri.
 Sed quid necto tropos? quid adhuc anigmata fingo?
 WINFRIDUS fuerat Fuldæ BENEFACITOR & AUTHOR
 Nunc PASTORATUS proprii fit & AUTHOR AMANDUS.
 Nomine cerne pares similes quoque munere cerne,
 Quod BENEFACITOR amat tandem benefecit AMANDUS.
 Sic ex WINFRIDO PHOENIX surrexit AMANDUS.
 Conclamat populus Vivat de pectore ructans,
 Ac os quidquid habet, latitantia gaudia promit
 Agmine votorum reclangit perlonus æther.
 Corda Patri reclinat Amor, quæ jubila fundunt,
 Vocibus unisonis tollunt suspiria ad axem?
 Ut liceat canos hac mitra fulgidum in annos,
 Fuldæ Pontificem venerandum cernere AMANDUM,
 Et fileat vates? mutus sit testis in æde,
 Qui tot præcunctis habet argumenta vovendi?
 Dixerat, & medium populum perrumpere tentat,
 Appropriansque Throno lunato poplite stratus,
 Incepit tremulis labiis sua fundere vota
 In sequenti:

ODE.



Magne Præsul! gloria Præfulum!
 Fuldense Numen! Nursiadum decus!
 Quam sydus Augustum refulges
 Teutonicas hodiè per oras.
 O fausta cunctis irradians dies!
 Quæ splendet amplo lumine Nominis. (c)

G 2

Et

(a) annus 753.

(b) Psalm 89. 4

(c) 6ta Februarii & Solemnitatis dies, est Nominalis Cellissim.

Et festa gignit duplicata,
 Multiplicat populóque plausum.
 Adfers AMANDI Nomen amabile
 Et das mitratum cernere Præsulem,
 Ad fimbriam cujus verendis
 Oscula ferre decet labellis.
 O nomen! omen jubila nuncios,
 Quæ lata terræ Fuldiacæ fluunt,
 Et sera promittunt per æva,
 Perpetui monumenta amoris:
 Auguste PRINCEPS! Imperii decor!
 Qui glorioso sanguine nobilis (a)
 Ceu gemma prægrandis valoris,
 Imperii diadema pingis.
 Tu ducis ortum stemmatis ordine
 Quem pervetusto sanguine purpurat,
 Et gloriæ multo apparatu
 Condecorat series avorum.
 BUSECKIANAM laurea cassidem,
 Et pectus ornat velleris aurei
 Insigne donum, illam bravia
 Testificans meruisse quanta!
 Sed quid vetusto in sanguine Patrio
 Quæro forensis lumina gloriæ?
 Circà TUUM cum luce tanta
 Corradiant solium decores?
 Cinxit leonum cætes eburneus
 Tum Salomonis pacificum Thronum (b)
 Ast hîc stupet plus gratiarum
 Spiritus attonitus coronam,
 Ex parte dextra prominet æquitas, (c)
 Stipat secundam candida veritas,
 Exinde virtutum caterva
 Agmine confociata claret.
 Stillata virtus lactea pectori est. (d)
 Hæreditasti sanguine Patrio, (e)

Est

(a) est natus ex Illustrissima Familia de Buseck.
 (b) 3 Reg. 10. (c) sunt Symbola Celsissimi Iustitia et Veritas.
 (d) Natus est Celsissimus ex Matre Illustrissima Domina Maria Antonia de Fechenbach,
 (e) ex Patre Illustrissimo Domino Philippo Francisco Edmundo L. B. de Buseck & Ippelborn.

Est quidquid augustum atque divum,
 Quidquid & orbis habet decorum,
 Sed vana spernis culmina gloria,
 Et quos honorum mundus inutiles
 Conferre mercedes suëvit,
 Innocuo pede fortè calcas.
 Fuldense sacrum in cœnobium fugis,
 Virtute pascis, vel sapientiã,
 Quem Spiritum portas Sacerdos
 Pectore magnanimo potentem.
 Fugisti; at instat subsequa dignitas,
 Et TE DECANI culmine inlevat.
 Sic est: Sequuntur digni honores,
 Qui meritis ruilant onusti.
 Themyscirense cingitur infula
 Dignum corona numiferum caput,
 Et Principali dignitate
 Atque mitrã redimiris ABBAS,
 Quid multa narrem, quanda pataverit?
 Et quanam AMANDI dextera struxerit?
 Fervor loquatur cœnobita
 Atque Domus Domini lepores.
 Nec non loquantur structa Palatia
 Narrare pergat subdita civitas:
 Quæ & quanta civi, quæ Colono,
 Quæ Patriæ *bona* cuncta fecit.
 Hinc FRANCOFURTUM CÆSAR, & inclyti,
 Quos cinxit almos urbs ea, PRINCIPES (a)
 Oraculum TE Salomonis
 Suspiciunt venerante nutu.
 Urbs orbis ipsa est, quo TUA pervolat,
 Prægnans loquaci Fama coronide,
 TE fatur ABBATEM esse dignum,
 Qui populo præcas mitratus.
 Ergo ref VLges faCtVs EplsCopVs,
 Offers & arã In PontlICaLlbVs,
 H Quem

(a) in coronatione! Augustissimi Imperatoris FRANCISCI & Divæ Imperatricis THERESIE in miro apparatu comparuit.

QVcM ConspICIt Lætante pLaVsV,
 Et PatrIæ VeneratVr ora.
 Non vana Tellus Jubila concipis,
 Non læta frustra gaudia' perstrepis,
 Perfecta nunc est gloriarum,
 Quam cupiisse potes, Parerga.
 Lætare dives FULDA nitoribus!
 Gaudeto Phœbo lumine turgido!
 Qui pellet umbras atque tristes,
 Quas poteris tolerare, fortes.
 Conscendit *hic sol* fortiferam domum,
 In qua revivunt tempora vernea,
 Et flore rident arva prisco
 Restituuntque satis honorem,
 Vis nosse voces. Est Aries domus,
 Quam sol revisens in Februario,
 Terram recludit congelatam
 Atque colore sinum repandit.
 Hæc signa scuto Principis emicant,
 Et nunc mitratus Sol Februario
 Ter fausta spondens æva Cunctis
 Solstitiumque notat perenne.
 Exæstuantis jubila pectoris
 Adverto pleno corde resurgere
 Prognosticantes ad sonores
 Jungere vota volunt AMANDO.
 Sta Sol! perennis sis *Aries* domus!
 In qua Mitratum Pontificem suum
 Et Patriæ Patrem vereri
 Ut liceat populo, precamur.
 Sic cuncta stabunt vere virentia,
 Et sic Eremus tempora vernea
Pastore sub tanto fruetur,
 Aurea sic numerabit æva.
 TV VIVe sanVs SæCVLa prospera,
 Regna beatè, teMpora Nestoris
 FaVstè gVberna, Verna LVstra
 NestoreosqVe Dies perenna.

Exinde

Exinde ad Pontificium conversus Legatum
SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO
BENEDICTO XIV.

Sua defert vota:

Et TIBI devinctas BENEDICTE renuntio grates
Qui cuncto populo jubila tanta facis.
Sic ordo poscit BENEDICTUS mitrat AMANDUM,
Et BENEDICTINO tam bene PAPA facit.
Aeternos regnare dies sapientia poscit,
Quam stupet ipse hædus, sicut adorat ovis.
TV LVX qVæ LethI non es fVsCanDa tenebrls,
QVæ Verò Verno stes VencranDa Dlc.

Ad Reverendissimum & Illustrissimum Dominum

D. DANIELEM JOANNEM ANTONIUM,

*Episcopum Sigensem Reverendissimi & Celsissimi Principis & Episcopi Wirce-
burgensis Suffraganeum in Pontificalibus &c.*

Et TIBI Fuldenfis telluris nobile germen,
Grato nunc grates vota que corde dabo.
HERBIPOLIS merito TE tanto PRÆSULE gaudet,
Quem tantis meritis Roma beare studet.
Dignus cui Pastor BENEDICTUS PALLIA mittat,
Quæ TU tunc CAROLO FRANCONUM in Urbe dares.
Des hodie & populo FULDENSI Præfulem AMANDUM,
Reddere quid gratus. quàm pia vota potest?
FaVstVs VIVE Dles, LVX fVLgens FranConVM In Vrbe,
Quos nunquam obscuret linea fortis atræ-

*Ad Reverendissimum & Illustrissimum Fuldenfis Cathedralis & Imme-
diatæ Ecclesie Capitulum.*

Ad vos o proceres! tremulus se volvit ocellus,
Et subdit timido fervida vota labro.
Tu bis septenis Patriæ diademata gemmis
Exornans radias rara Corona Patrum
Cresceret in librum quod votum manat ab ore,
Si vellem dignâ Pfallere laude TIBI.
Sat sit, quod vario Gemmarum emblemate claudam,
Pectora que rari vestra decoris habent.

SYMBOLUM

Ad Reverendissimum & Illustrissimum D. LEOPOLDUM SPECHT à BUBENHEIM, Principalis & immediata Ecclesie Fuldenfis DECANUM, Præpositum in Monte S. Andree, Reverendissimi & Celsissimi Principis Fuldenfis Consiliarium Intimum, Regimini Præsidentem & Locum Tenentem.

ADAMAS. Lemma: Fortior omni.

Epigramma. **A**d Te se vertunt Primò mea vota DECANE!
 Et referunt, quidquid corda vovere queunt.
 Urbis Fuldenfis Numen! quoque splendida stella?
 Quæ tanto Patriam lumine condecorat,
 Est adamas ferro qui vinci et nescius igne,
 Infractus lucet, sydera fracta ruant.
 Hoc sub Præsidio florere gubernia possunt,
 Fuldenfisque status stare perennè queunt.

Votum. Ergo terseLIX VIVas LeopoLDe per æVa
 AVrea, qVæ CVrrant, teMpora slntqVe TVa.

SYMBOLUM

Ad Reverendissimum & Perilluſtr. Dominum CONRADUM à MENGENSEN, Capitul. & Seniore Præpositum in Monte S. Joannis prope Fuldam
 RUBINUS. Lemma Purpurat amor.

Epigramma. **E**t pietas & amor CONRADI Symbola adornant,
 Quæ rubeis flammis dona superna notant.
 Canentes terrâ Degas per nestoris annos,
 post hos Dent CœLI fera per astra Dies.

SYMBOLUM

Ad Reverendissimum & Perilluſtr. Dominum FRIDERICUM de KÜTT. SCHAU, Capitul. & Præpositum in monte S. Michælis, Reverendissimi ac Celsissimi Principis in Spiritualibus Vicarium Generalem & Consiliarium Intimum Venerab. Consistorii Præsidentem, Almæ Univerſit. Adolphianæ Cancellarium Amplissimum.

SMARAGDUS. Lemma Deliciæ oculorum.

Epigramma. **D**elicias populi, raro Candore niventem
 Margaritam hodie Te FRIDERICE voco.
 et qVI TV nIveo VIVI CanDore, peropto
 regna Del Vr VIDEas VirgIneosqVe Choros.

Symbo-

SYMBOLUM

Ad Reverendiss. Perillustr. Dominum ADALBERTUM L. B. de WALTER-
DORFF, Capitul. & Praepositum in Blanckenau.

SMARAGDUS.

Lemma: Semper Viret

Epigramma: Delectas oculos in fonte virore Smaragde!
Innocuos radios undique gemma vibrans.
sIC & ADeLberte es VlrVtVM iLore VenVtVs,
Æterno & Vernes Vere Vlrorc TVo.

SYMBOLUM

Ad Reverendiss. & Perillustr. Dominum EUGENIUM de & in BAST-
HEIM Capit. & Praepositum in Holzkruchen.

TOPAZIUS.

Lemma: pretiosior auro.

Epigramma: Flammis queis rutilas niveis Topazius ardens,
Hæc TE designant Integritate VIRVM.
EVgeni rVtLa VlrVtVM LVCIDVs Igne,
et transl sVperos Integrlate tVa.

SYMBOLUM

Ad Reverendiss. & Perillustr. Dominum CAROLUM à FECHENBACH Capit.
Camerae Principalis & suprema Recepturae Praesidem, Praepo-
situm in Monte S. Petri.

HYACINTHUS.

Lemma: Quò lucidior eo modestior.

Epigramma: si noscis Violas, Hyacinthina lumina nosces.
sis quamvis humilis, splendida flamma tamen.
esto! hVMILis CaroLVs sit, pLVs sVa GLo-
rla FVLget,
AC pLVs In CœLlis gLorla VIVa sVa est.

SYMBOLUM

Ad Reverendiss. & Perillustr. Dominum ANTONIUM ab HAGEN-
BACH Capit. & Praepositum in Zell.

SAPPHYRUS.

Lemma: me Prodit amor.

Epigramma: Sapphyrus casto se jungit sponsus amore
Lumina sæpe latens flammea prodit amor.
PRAEPOSITE ANTONI Sapphyre probate perenna,
non Later ast toto CorDe patesCit AMor.

SYMBOLUM

Ad Reverendiss. Perillustr. Dominum VINCENTIUM L. B. à BUSECK
Capit. & Præpositum in Tbulba.

AMETHYSTUS.

Lemma: Phœnicis animulus.

Epigramma: Phœnicis gemma est Amethystus, Naso recenset
quando de Sacro Carmina amore facit.
dicit quod lapis hîc fulgescat purpurâ amoris,
Mirum? Si Phœnix vincitur igne pio.
Verè VINCENTI TV TorVs AMablLls eXtas,
ergo qVI PhœniX non benè DiLlgeret?

SYMBOLUM

Ad Reverendiss. & Perillustr. Dominum LOTHARIUM ab HOHEN-
FELD Capit. & Præpositum in Samerz.

ONYX.

Lemma: Candida virtus.

Epigramma: Laudatus satis est, cui virtus Candida laus est,
et satis est Onychis Candida laus lapidis.
peCtore SinCero CanDesCls Chare Lothari.
et CanDor reCtè grata, beata notat.

SYMBOLUM

Ad Reverendiss. & Perillustr. Dominum EMILIANUM de ZOBEL
Capitularem.

CRYSOLITUS.

Lemma: Ditiore intus.

Epigramma: aurigeris Venis ignescens gemma repleta est,
et, quos Thelaurus corde recludat, ait.
TV QVos IntVs aLas thesãVros CorDe Latentes
VirtVtVM nobIs aVrea Vena faVct.

SYMBOLUM

Ad Reverendiss. & Perillustr. Dominum BENEDICTUM de ZIEBEL
Capitularem.

PYROPUS ardet ubique.

Epigramma: Parthasio quamvis gelido nascatur in aXe
Flamma illæsa tamen semper ubique manet.
Est In Te pletas & AMor beneDitCte reCLarens, *
et signat Zelum pectori inesse tuo.

SYM

SYMBOLUM

Ad Reverendiss. & Perillustr. Dominum CONSTANTINUM ISCHÆZ
ab HOLZHAUSEN, Capitularem,

BERYLLUS

Lemma: quo sol ardentior, eò virentior.

Epigramma: flaccescunt Herbæ flos siccus concidit arvis,
ardent si Phœbus spicula densa vibrat.
Vrentes Ignes non CVrat In aXe BERLLVs
qVo Mage ferVebVnt & eò VrlDantlor lbt
sic quo Major erit nativus fervor amoris,
in CONSTANTINO plus viror ipsûs erit.

SYMBOLUM

Ad Reverendiss. Perillustr. Dominum FERDINANDUM de ZOBEL,
Capitularem & Hospital. Præsidentem.

SARDONIUS.

Lemma: varietas delectat.

Epigramma: quantumvis vario pictus Sardonius astro,
delectare tamen sæpe colore solet.
VlrrVtes Varlæ! qVas ferDinanDVs Vt astra
ostenDens VVLrV grata CÔLore foVet.

SYMBOLUM

Ad Reverendiss. & Perillustr. Dominum HENRICUM L. B. de BIBRA,
Capitularem, & Perillustris Conventus ad S. Salvatorem
Superiorem.

JASPIS

Lemma: Semper gratior.

Epigramma: Plus oculo dignus, quò plus est visus Jaspis
Deliciumque suum sat redamare nequis.
CoMpeLLO testes qVI affatV sæpe frVentVr,
qVoD rVa non VlrVVs Vlla sat esse qVeat.

* * * *

Ergo Vos Proceres! gemmantia lumina Fuldæ
Multiplici radio lucere, micare, nitete,
Præsulis & Mitram rutila exornato Corona!
Quæ tantis gemmis selectis Texta superbit.

Vos

Vos Margaritæ raro fulgore Coruscæ
 Fulgete æternos in Mitra Præsulis annos,
 Et sic haud unquam morituros PASTOR AMANDVS
 In Tellure dies poterit per lustra videre.
 Hos mea vota volunt, si plus, narrarer avarus.
 Unum nunc superest, ut post gemmare velitis,
 Atque beatorum niteatis in axe coronâ.

Ad Perillustrem Conuentum.

Et Tu NVRSIADVM florescens vera Corona!
 Tu BENEDICTINI specialis gloria mundi!
 Tu Decus atque Viror cunctorum Cœnobiorum.
 Vos Patres, Fratres, Illustri stemmate Proles,
 Vosque Viri tantæ Doctrinæ luce corusci!
 Quos mundo celebres fecit sapientia rara;
 Quos pietas, Zelus, quos & devotio mentis,
 Quos sanctæ vitæ fervor commendat in orbe,
 Nunc sub Mitrati CAPITE hoc legitote beati
 Sæcula, quæ nunquam permurent fata sinistra.
 VIVite felICES, annos & VIVite sanos
 VIVite ter saVsti sVb tanto PræsVLe AMANDo.

Ad Patriam.

Et Vos qui attonitis hîc circumstatis ocellis,
 Et quorum suavi mulcentur pectora plausu.
 Patria quæ tanto Pastore bearis *amando*
 Mecum vos omnes ad Sydera tollite voces.
 Multifonum & votum pleno de guttore rumpat
 Mitrato PATRI ter iubilâ sæcula Numen
 Propitium donet. Sic sint pia vota precantum:
 Et sic felici Patriæ aurea Sæcula current
 Et sic complaudens semper gaudebit Eremus.

Clavis Cabale Vocalium: A E I O U Y.

Clavis Cabale Consonantium: a b c d e f g h i k l &c.
 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 20,



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
coll. nicht vergeben!




56.

1077

R40





PHOENIX
EX GLORIOSO
S. BONIFACII

GERMANIÆ APOSTOLI SEPULCHRO REDIVIVUS.
SIVE
APPLAUSUS VOTIVUS,
QUANDO

A
SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

BENEDICTO XIV.

REVERENDISSIMUS ET CELSISSIMUS

EPUS AC DOMINUS,

MANDUS,

IMMEDIATÆ ECCLESIÆ FULDENSIS

ABBAS,

Æ AUGUSTÆ ARCHI-CANCELLARIUS,
M ET GALLIAM PRIMAS &c. &c.

PER

SSIMUM ET ILLUSTRISSIMUM

DOMINUM,

ELEM JOANN.

TONIUM,

ILLUSTRIS. FAMILIA

BSATTEL,

OPUM SIGENSEM,

MI PRINCIPIS ET EPISCOPI WIRCEBURGENSIS SUF-
LIBUS, U. J. D. ECCLESIÆ EQUESTRI AD S. BUR-
POLI CANONICUM CAPITULAREM &c.

CIPALI ET IMMEDIATA FULDENSI

SCOPUS

MOLENNI RENUNTIABATUR,

URTENSI P. P. AUGUSTINIANORUM
DINIS ET DEVOTIONIS MNEMOSYNON OBLATUS

ANNO M DCC LIII.

Æ, Litteris RITSCHELIANIS.

